

124

S. pl. Accipies; Reverende et clarissime Vir, Frater in Christo plurimum colende, amande; Ἐπιμύθετος Ἐπιστολῆς (hunc enim titulum Miscellaneis Græco-latinis, in gratiam Philhellinorum, à me collectis, indere placuit) tuo, et Collegarum tuorum celeberrimo nomini inscriptum atque dedicatum. Causas dedicationis hinc non repeto: vobis satis nota sunt. Id unum te, clarissimisque Collegas tuos etiam atque etiam rogo, ut de me vobis hoc certi persuadeatis, nihil aliud à me queri, spectari nihil aliud, quam Vestrum favorem atque benevolentiam, quibus mihi vix quidquam antiquius esse posset. In collocaione, et officiorum Vestrorum assignatione, siquid à me erratum, ut benignè condonatis, meaque adscribatis ignorantia, oro. Non habui, qui me hinc doceret. Si sum lapsus, id ægrè, non ex grâs factum turpis. Ignorantia veniam merebitur. Serius etiam, quam par est, hincce vobis mitti libellum, ne, queso, agrè feratis. Preterito die sabbati omnia erant jam parata: sed morosus Tabellarius noster, utut multis rogatus verbis, nescio quas difficultates prætexens, mihi gratificari recusavit. Spero tamen, in brevi hac mora nullum fuisse periculum. Non satis, quot hactenus à me accepitis schedas, memini: monelis ergo: reliquas addam, ne priores sint inutiles. Indicem errorum adieci. Quamvis autè singulari cura omnia et legerim et relegerim, mihi tamen ipsi persuadere non possum, nulla alia remansisse omissa; quæ benignus Lector, ubi characterum exquisitam consideraverit, æqui bonique confutet. Hinc, Vir clarissime, vale, Collegisque tuos, meis plurimum saluta verbis. Tiguri, 2. Sept. 1688.

R. D. d.

addictissimus

Joh. Casparus Suvicrus.

Reverende et clarissimo Viri,  
 Christiano Henrico, Sym-  
 onis Angellensis Rectori, et  
 P. M. Angellensi, dantis,  
 et in Christo Fratri plurimum  
 colende.

Angellus.

Reverendo et doctissimo Vro,  
Dno. Sebastiano Höggero,  
Verbi divini Ministro regalan-  
tissimo, et Gymnasij San-  
galensis Rectori meritis-  
simo, et amico plurimum  
colendo.

Franc. Sangalli.

129 26  
100

Spl. Non absque causa; Doctissime Vro, frater in Christo plurimum honorande;  
feliciter noster, commendatitius tuis instructus ad nos accedere maluit. Tan-  
tum enim apud me tua valet auctoritas, ut nihil sit, quod non tua causa et  
libenter, et studiose sim facturus. Idque merito. Quid enim tibi, tuisque omni-  
bus, ex quorum numero tui quoque discipuli sunt, debeam, probe sis. Eius in-  
doles mihi, multas ob causas, valde placet. Profectus, ejus aetatem superare  
videntur. Tantum fidelis institutio potest. Et, a Professoribus examinatus,  
in Collegio Humanitatis assignatus est locus. Possidet fortasse ad altiora adspi-  
rare. Sed studii ejus hunc ipsum locum omnibus aliis aptiorem esse putavi-  
mus. Nec nostra nos, ut spero, fallat opinio. Malo enim ad tempus et privatim,  
et publice meum habere discipulum, quam eorum illum committere curae, qui  
ad ejus se captum non ubique accommodent. Alias causas ex liberis Doctis-  
mi Collegii tui, Dni Huberi, Colleges. In eam curam et cogitationem unice  
incumbam, ut ipse Parentum suorum, a quibus Musis consecratus est, Vestris,  
qui eum paterno habent amore profecti estis, monitis; Professorum, qui  
benevolis ac diligentibus in Literarum studiis, utitur, conatibus; alacritate,  
diligentia, modestia, digna loco, digna studiis, digna aetate sua, respondeat.  
Id unum agam, ut omnes intelligatis, me meaque omnia et Vobis, et Vestris  
dicata et consecrata esse. Specimen aliquod. Vos in hoc proclara videlicet  
adulescente videri spero. De cetero, hunc casum tuum vehementer do-  
leo. Deus reliqua pignora confestim conferret. Nescimus, ut denasen-  
mur. Deus vita necisque in nos imperium habet. Omnia bene operatur,  
etiam si sapientia ejus abyssos scrutari nequeamus. Vobis tamen, meum  
quoque est. Deus laboribus tuis sanctissimis felicissimisque benedicere  
pergat, nequam, cum novi anni auspiciis, in perseverendis laboribus schola-  
sticis tibi tolerantiam benignè largiatur. Tiguri, M. Id. Januarii, 1659.

Proxime, cum Dno. Compendio Profectia  
fuerit, quo schola nostra hactenus curat,  
vitebis.

R. P. C.  
addictissimus  
Job. Casparus Frickerus.

Vagant  
Sicuti ista velle videri sunt, de seculo transierunt, tunc in mit die Jahren hinc  
in die Welt. Es ist mit Zucht oder Zucht, welche vordig 2 vordig, es die Welt ist